QK 286. v. Bodenhausen
Za 2837
10
X 2937535

# ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQUI DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
LAVDABILITER SVPERATVM
# EXAMEN
VIRI GENEROSISSIMI
# HANS FRIDERICI FERDIN. DE BODENHAVSEN
PVBLICE TESTANTVR

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

---

INSVNT
RESPONSORVM IVRIS I. II. ET IIITIVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660088-p0001-0
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660088-p0002-6

B. C. D.

Quod videram aliis contigiſſe, qui ante me hoc munere functi ſunt, vt vel ſanitatis curam et amicorum conuerſationem ad ſe plane non pertinere arbitrarentur, vel hanc aliamve officiorum partem, nimio ſui amore capti, cum ſummo collegarum diſpendio negligerent, vel labores inprimis moleſtos aliis impoſitos ſuos profiterentur, vel denique a ſe peractos noua ſpecie indutos in publicum reducerent, quae exiſtimabam omnia ſobrietate virtute et conſtantia poſſe euitari, ſingula tamen ob multitudinem, varietatem, grauitatem, viciſſitudinem denique laborum et moleſtiarum experior ab homine vinci non poſſe. Quam ob rem, quod inter haec aliis et mihi meisque minime incommodum fore reor, veniam peto, quae collegii auctoritate de jure interrogantibus reſpondi, oblata opportunitate reipublicae tradere. Cui ſi Deus propoſito propitius annuit, prodibit aliquando volumen, ſi non WERNHERI aut LEYSERI, Hommelianarum certe obſeruationum ambitu haud abſimile. Quam enim hae ab ingenii vbertate, nitore et lepore commendationem ha-

bent, veritatis inde a prima aetate ſtudioſiſſimus nec aſſequi ſtudui, nec vnquam ſtudebo.

Et quoniam ex ſelectu ac diſcretione materiarum nouus labor, ac temporis, quod non vacat, impendium immineret, ex temporis tractu quaevis mihi oblata congeram, iis ſimul, quae his ipſis diebus forte obuenerint, interiectis.

## RESPONSORVM IVRIS I.

### *Praelegatum inſtituto heredi adſcriptum ſubſtituto non cedit.*

Quaedam S. cognatos ſuos ſic heredes ſuos eſſe iuſſerat, vt quinque portiones fierent, quarum duas, duae ſorores, tertiam et quartam defunctorum fratrum liberi ſecundum ſtirpes, quintam denique amitini ex defuncta ſorore caperent, cuilibet inſtituto legitimos eius haeredes ſubſtituerat, ex ſororibus denique alteri propter defuncti eius mariti de ſe merita octingentos florenos miſnicos praelegati nomine adſcripſerat. Qua ſorore herede et legataria, ſuperſtitibus liberis, ante teſtatricem defuncta, poſt huius tandem obitum dubitabatur, legatum legatariae liberis, iisdemque heredibus ſubſtitutis deberi, an hereditati accreuiſſe, videretur.

Mira profecto et ſingularis inter communem et iuris rationem, mira iuris argumentorum inter ſe concertatio. Profeſſa teſtatrix fuerat, ſe propter inſignia defuncti affinis ſui P. conſulendo, iuuando, ſuſtentando, de ſe merita viduae

eius

eius octingentos legaſſe, vt remuneratoriae donationis faciem hoc legatum prae ſe ferret. Quae prouti per ſe in donatarii heredes et potiſſimum in liberos tranſit, quis facile non, hoc teſtatricem ipſa ſubſtitutione liberorum indicare voluiſſe, iudicauerit. Quae quanquam ita ſunt, non in legatariae liberos deuolutum eſſe, ipſi potius hereditati legatum accreuiſſe, vel, quod rectius, legatum plane nullum exiſtimandum eſſe, menſ. Aug. 1763. collegium me interprete his verbis reſpondit:

*Ob nun wohl nach dem 2ten* §pho Inſtit. de vulg. Subſt. *und der* l. 1. C. de impub. et al. ſubſtit. *dasjenige, was der* Teſtator *ſeinem eingeſetzten Erben zutheilet, dem* ſubſtituir*ten Erben nicht weniger zu überlaſſen, und das Gegentheil, wenn es nicht ausdrücklich im Teſtamente verordnet, nicht zu* praeſumir*en,* l. 24. in fin. Pand. de vulgar. et pupill. Subſt. *hierüber in* l. 16. C. de Fideicomm. *verordnet, daſs, wenn der* fiduciarius heres *von dem Erblaſſer erſuchet worden, alles, was er aus der Erbſchaft bekommen, dem* fideicommiſſario *zu überlaſſen, hierunter nicht allein der Erb-Antheil, ſondern auch alles dasjenige, was der* fiduciarius praeceptionis ſeu praelegati nomine *erhalten, zu verſtehen ſein ſolle, welcher Satz nicht weniger in demjenigen Falle, da die eingeſetzten Erben einander in ihren Antheilen* ſubſtituir*et worden in der* l. 3. §. 4. D. ad SCtum Trebell. *beſtätiget wird; Woneben im gegenwärtigen Falle nicht weniger in Erwägung zu ziehen, daſs die Ur-*

*ſache*, *welche die* Teſtatricem *bewogen*, *ihrer Schweſter der Pr.* 800 *fl. Meisn. zu* praelegiren, *und in denen von derſelben Manne ihr geleiſteten erſprieslichen Dienſten beſtanden*, *nicht weniger ihren Kindern*, *als ihr ſelbſt zu ſtatten kommen müſse*; *aus welchen Gründen*, *da nach der* l. 12. D. de R. I. teſtantium voluntates plenius *zu* interpretiren, *auch* ſecund. l. 96. *welche nicht weniger von* vltimis voluntatibus *handelt*, in ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectanda eſt eius, qui eas protulit, *daſs die Pr. Kinder ihrer vor der* teſtatrice *verſtorbenen Mutter ſowohl in dem derſelben zugetheilten* praelegato, *als der auf ſie kommenden Erb*-Portion *vor* ſubſtituiret *zu achten*, *mithin mehr erwähnte* 800 *fl. der Erbſchaftsmaſſe abgehen müſſen*, *es das Anſehen gewinnen möchte*;

*Dennoch aber und dieweil derer Pr. Erben in dem Sch. Teſtamente allein bey der Erbeinſetzung*, *nicht aber bey denen*, *als ein* praecipuum *ihrer Mutter zugetheilten* 800 *fl. gedacht worden*, *noch auch ſonſt*, *daſs die* teſtatrix *ſich des allgemeinen Ausdrucks bedienet*, *daſs allen Vortheil*, *welchen die Pr. ſelbſt*, *daferne dieſelbe*, *Sie*, *die* teſtatricin *überlebte*, *haben würde*, *nicht weniger deren Kinder genieſſen ſollten*, *abzunehmen* l. 3. §. 4. D. ad SCtum Trehell. *aber*, *welche unter dem Ausdruck der Antheile*, *die* praelegata *nebſt denen Erb-Portionen begreiſt*, *auf den Vortheil der eingeſetzten Erben abzielet*, *mithin zum Nachtheil derſelben um ſo weniger interpretiret werden mag*, *je weniger in zweifelhaften Fällen zu vermuthen*, *es habe der Erblaſſer ſeinen Erben* graviren *wollen*. *Wannenhero dem gegenwärtigen Falle* l. 18. §. 3. D. ad SCtum Trebell. *nach welcher*

*der*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660088-p0006-8

*der* heres fideicommiſſarius *nur ſo viel von dem dem* fiduciario *zugetheilten* legato *bekommt, als leztern deswegen von ſeiner Erb-Portion abgegangen, nicht aber, was des* legati *halber die übrigen Erben weniger erhalten, für angemeſſener zu achten; Hierwieder auch nichts thut, daſs* teſtatrix in verbis executivis *erwähnten Teſtaments, nachdem ſie* praemiſſa haeredum inſtitutione et ſubſtitutione *die Erbſchaft in fünf gleiche Theile vertheilet, nochmals, daſs davon dasjenige, ſo ſie einem oder dem andern als ein* praecipuum *zugeordnet, ausgenommen ſeyn ſolle, verordnet, immaſſen dieſe Worte ſich auf die vorhergegangenen* Diſpoſitiones *beziehen, und aus denenſelben ihre Beſtimmung erhalten, mithin ſo angenommen werden müſſen, daſs die Erblaſſerin, im Fall die vorhergeordneten* Legata *würklich* exiſtirt*en, ſolche nochmals beſtätiget, welches nunmehro von ſelbſt in Abſicht auf das Pr. Vermächtnis ſeinen Abfall leidet, da zum Weſen und Ausgange eines jeden* Legati *bekandten Rechten nach, und beſonders nach der* l. 5. pr. D. quando dies legatorum vel fideicomm. ced. *daſs der* legatarius *den Erblaſſer überlebet haben müſſe, erfordert wird.*

*So ſind der Sch. Erben das Pr. Vermächtnis der gemeinen Erbſchaft zuzueignen wohl befugt, und ſolches denen Kindern der Pr. allein zu überlaſſen nicht verbunden.*

RESPON-

## RESPONSVM II.

*Pacto ſucceſſorio omnium bonorum vtenſilia contineri haud patiuntur.*

Inter coniuges N. ſuper futura bonorum ſuorum ſucceſſione pacto conuenerat, vt ſuperſtes defuncti omnia ſibi ſumeret, ad dies vitae retineret, et poſt mortem ſimul cum ſuis bonis mariti filiae S. vxorisque nepoti B. aequis partibus diuidenda relinqueret, nec non ob hanc reſtitutionis legem futuris ſucceſſoribus rerum omnium ſingularumque conſignationem exhiberet. Vidua heres defuncti mariti facta geradam nepoti B. venditam traditamque, recepti vſusfructus cauſa, retinuerat, quam poſt eius mortem B. ſuam eſſe, S. contra partem eius dimidiam ſibi ex patris pacto deberi, contendebant. Et poſtquam huic Scabini calculum adiecerant, cauſa ad nos per interpoſitam leuterationem deuoluta, illius petitionem Mſ. Septbr. 1763. cognouimus iuſtiorem.

Et enim quanquam dubitare non licet, et ex natura legati rei alienae conſequitur, poſſe heredem ad praeſtationem earum rerum, quae ſibi non ex hereditate, ex fideicommiſſo potius, vel pacto obuenere, obligari, non minus tamen verum eſt, teſtatorem, qui bona in genere, etſi omnia, nominauit, exiſtimandum eſſe, bona hereditaria, quippe liberae ſuae diſpoſitioni ſubiecta, intellexiſſe, nequaquam ſingulari ſucceſſionis legi obnoxia ſimul comprehendere voluiſſe. Quam interpretum ſententiam V. MANTIC. *Conject. vlt. volunt. L. IX.*

*L. IX. tit.* 6. *num.* 8. STRVV. *Iprudent. Forenſ. L. II. Tit.* 24. §. 7. MENCKEN. *ad Pand. LXXXIII. Tit. II.* §. 3. non tam *l.* 69. *ad L. Facild.* et *l.* 29. *d. Uſufr.* in auxilium vocatae, quam potius natura legati rei alienae confirmat, quam, ſi alienam eſſe teſtator ignorauit, non deberi, ſcimus omnes. Vtenſilium vero bonorum hanc ex Germanorum conſuetudine, eademque legibus firmata, P. II. Conſt. XIV. indolem eſſe nouimus, vt eius legitima ſucceſſio mortis cauſa diſpoſitione euerti haudquaquam patiatur, quanquam inter viuos alienatione ei anteuertere licet. Nec in re praeſenti obſtabat, geradam a maſculo non poſſideri, nihilque adeo rerum mariti N. propriarum, viuo eo vtenſile, omnia potius et ſingula hereditaria cenſenda fuiſſe. Vt potius ſuffecerit, ſucceſſione in viduam translata, naturam eorum immutatam, et ex hac mutatione ſucceſſionis pactitiae legi exempta fuiſſe. Sane N. non niſi lege, vendendae cum vſus fructus reſeruatione F. et B. geradae, impoſita heredi fiduciariae, commodo fideicommiſſariorum heredum proſpicere licuerat. Quo intermiſſo venditio dein cum B. contracta non fideicommiſſariae F. proximae potius fiduciariae heredis cognatae damnoſa exiſtimanda erat. En rationes noſtrae ſententiae iunctas:

*Obwohl, da die verſtorbene M. N. in dem untern* 5*ten* Iulii 1758 *mit ihrem Ehemanne I. A. N. geſchloſſenen* pacto ſucceſſorio

*ſich verbindlich gemachet, nach Ableben deſſelben ſowohl über das von ihm erhaltene, als ihr eigenes Vermögen, eine richtige* Specification *I. C. F. zu* ediren, *und zu deren* Praeiudiz, *nachdem in denen vorhergehenden Worten nur angezogenen Vertrags, daſs nach M. N. Abſterben, deren Nachlaſs in zwey gleichen Theilen auf ihren Enkel und Stieftochter verfället werden ſollte, feſtgeſetzet worden, weder das* immobile *zu* veralieniren, *noch von deven* Capitalien *und* Pretioſis *etwas von obhanden kommen zu laſſen, hieraus, in mehrern Betracht gleiche Verordnung das, von I. A. N. ſo keiner gerade fähig, herrührende Vermögen betroffen, daſs der verſtorbenen M. N. das Befugniſs etwas zu veräuſern ohne Unterſchied der Sachen, ſie gehören zum Frbe oder Gerade, allerdings entzogen worden, mithin der nachher von der verwittbeten N. mit ihrem Enkel geſchloſſene Geradekauf unbeſtändig, und I. B. mit ſeinem hierauf gegründeten Suchen abzuweiſen ſey, es das Anſehen gewinnen möchte:*

*Dennoch aber und dieweil* renunciatio ſui iuris *überhaupt* ſtrictiſſime *zu interpretiren, die Gerade auch nach Sächſiſchen Gewohnheiten ihre beſonderen Rechte hat, welche unter andern auch dieſes mit ſich bringen, daſs dem geradefähigen Erben ſein Recht darinne zu* ſuccediren *durch eine* diſpoſitionem mortis cauſa *nicht entzogen werden mag, aus welchem Grunde, wenn auch in dem geſchloßenen* Pacto *ausdrücklich der Gerade gedacht, und kein Kauf darüber geſchloſſen worden wäre, der nächſten Nifftel der N. das Recht in die von derſelben hinterlaſſenen Gerade Stücke zu* ſuccediren, *nicht zu verſagen ſeyn würde, hiernächſt nach bekandten Rechten die*

gene-

generalen diſpoſitiones *und* prohibitiones, *durch welche die in gemeinen Rechten feſtgeſetzte Art zu* ſuccediren, *geändert werden will, allein vom Erbe im eigenen Verſtande, nicht aber von anderen Sachen, in denen beſondere* Succeſſions-*Ordnungen Statt finden, angenommen wird, wie bey* feudis *und* fideicommiſſis, *obgleich derjenige, welcher in denenſelben als Erbe* ſuccediret, *nicht weniger ſie anderen zu überlaſſen genöthiget werden kann, bekandt iſt, mithin das von M. N. gethane Verſprechen, in welchem der Gerade ausdrücklich nicht gedacht, nur von denenjenigen Sachen, ſo eigentlich ins Erbe gehören, beſonders, da in demſelben nicht weniger* pretioſa *zu befinden, angenommen werden kann, ſo iſt etc.*

## RESPONSVM III.

*Pecunia legata in regula ex valore, qui tempore conditi legati obtinuit, aeſti- da eſt.*

Initium rei ſpectandum eſſe iuris regula docet. Quod in negotiis ex contractu pactove, adeoque mutuo conſenſu oriundis omni dubio caret. Et prout innumeris illuſtrari exemplis poſſit, vnum nominaſſe ſufficiat. Scilicet emtori vel venditori de laeſione enormi querenti incumbere, vt probet, talem contractus tempore laeſionem extitiſſe. Quia, quod pretio ex tractu temporis vel accreſcit vel decreſcit, ex caſu fortuito prouenit, quem vel commodo vel incommodo ſuo dominus ſentit. Quam ob rem rationis eſt, vt,

 qui

mutuam accepit pecuniam, vel determinatam pecuniae quantitatem ex emto aliaue obligationis cauſa debet, ſi interea temporis, quo dies ceſſit venitque, bonitas monetae immutata ſit, tantundem non tam numero quam valore potius reddat, *v. Part. II. Conſt.* 28. Quae res vti per ſe claret, non aeque indubia in legatis apparet, quippe quae ex teſtatoris potiſſimum ſententia intelligenda et iudicanda eſſe docemur *l.* 12. 96. *d. R. I.* Verum enimuero aeque in legato pecuniae numeratae ad quantitatem definitam adſtricto ipſae leges conſtituunt, exiſtimandum eſſe teſtatorem illud pecuniae genus in mente habuiſſe, cuius vſus conditi teſtamenti tempore frequentiſſus fuerit, v. *l.* 7. *d. aur. argent. etc. legatt. l.* 10. *d. m. c. donatt. l.* 75. *d. Legatt. III.* vt tantum verba in iſta et hac lege appoſita, *ſi aliud comprehenſum haud fuerit, et ſi neque ex conſuetudine patrisfamiliae, neque ex regionis, unde fuit, neque ex contextu teſtamenti poſſit apparere*, ſimul euincant, ex iis, quae circumſtant, contrarii probationem non eſſe denegandam. Vt exemplo vtar, ſeptennale illud bellum Saxoniae noſtrae inprimis exitioſum ſatis docuit, ad pretium pecuniae conciliandum valorem eius extrinſecum longe efficaciorem, quam internum eſſe ſolere. Quodſi igitur ponamus, iſto tempore annuum quid alimentorum cauſa legatum eſſe, conditi teſtamenti tempore conditioni legatarii ſatis commodum, idemque, ſi ad eius temporis rationem, legibus anno ſexageſimo tertio definitam, referre velimus, vix partim ſuffecturum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660088-p0012-1

ctturum, litem eiusmodi ad exceptionem, non ad regulam, eſſe reuocandam, reſpondeam. Idemque indubius, ſi legatarius ſit perſona miſerabilis, cui alimenta omnino ſuffectura teſtator legando deſtinauerit. Vt adeo quantitatem nummorum annuatim legatam pecunia ſingulis terminis legibus probata exſoluendam eſſe, eo magis perſuaſum habeam, quo magis hanc ſententiam ipſa lex domeſtica *d.* 18. *Iun.* 1762. §. 10. commendat, quae pecuniam diſtinctis terminis ex conuentione belli tempore contracta debitam, quatenus dies poſt monetae deualuationem venerit, proba moneta deberi conſtituit. Profecto, quia contrahentes ſolutiones in futurum tempus collatas ſecundum rationem eius temporis fieri voluiſſe, exiſtimandi ſunt. Quae ratio ſi non magis, quod putauerim, certe non minus legatorum naturae reſpondet, quam conuentionum. Sed haec ad exceptionem pertinent, adeoque nihil faciunt ad infirmandam regulam, legatam pecuniae quantitatem ſecundum eius monetae bonitatem, quae conditi teſtamenti tempore obtinuerit, aeſtimandam eſſe, quam reſponſo collegii nomine mens Octobr. 1763. exhibito his verbis ſecutus ſum:

*Ob nun wohl, da* Sempron *ſeinen beyden älteren Kindern die Schuldigkeit, dasjenige, ſo ſie von ihm erhalten, in gemeine Theilung zu bringen, erlaſſen, und in dieſer Betrachtung ſeinem jüngſten Sohne dem* Titio, *um ihn ſeinen Geſchwiſteren gleichzuſetzen die Summe de-*

rer 300 Rthlr. voraus verſchrieben, daſs darauf hauptſächlich im gegenwärtigen Falle, worinne dasjenige, ſo die älteren Geſchwiſter von ihrem verſtorbenen Vater erhalten, und von was fur Werthe es geweſen, das Abſehen zu richten, überhaupt aber bey hinterlaſſenen Vermächtniſſen auf die Zeit, da der Teſtator Todtes verfahren, weil alsdann erſt dieſelben zu ihrer würklichen Exiſtenz gedeyhen, zu ſehen, mithin hiernach die Beſchaffenheit derer Geld-Sorten bey denen Vermächtniſſen gewiſſer Geld-Summen, wenn die Arth der Münze von dem Erblaſſer nicht ausdrücklich beſtimmt worden, zu erörtern ſey, es ſcheinen könnte;

Dennoch aber und dieweil Sempronius dadurch, daſs er keine gewiſſe Geldſorte beſtimmt, daſs er von ſolchen Sorten verſtanden ſeyn wolle, welche zur Zeit des errichteten Teſtaments gangbar geweſen, zu erkennen gegeben, l. 75. d. Legatt. III. l. 7. d. aur. arg. etc. Legatt. hiernächſt überhaupt bei Auslegung derer letzten Willensverordnungen vorzüglich dahin zu ſehen, was der Teſtator gemeinet haben möchte, und wahrſcheinlich iſt, daſs, wenn derſelbe von Gelde, ohne einer beſondern Sorte zu gedenken, geredet, er diejenige verſtanden habe, ſo zur Zeit des errichteten Teſtaments die gangbarſte geweſen, welche praeſumtion auch überdies, wie bereits gedacht, in Rechten ausdrücklich gegründet iſt, dieſes aber beſonders von denen ſo genannten Ephr. 3teln geſaget werden mag, hierüber das allergnädigſte Mandat vom 18den Iunii des jetztlaufenden Iahrs überhaupt von allen Schulden, daſs ſolche in Conventionsmäſigen Münzſorten nach dem Betrage des Aufgeldes gegen diejenigen, in welchen die

*die Schuld exiſtiret, entrichtet werden ſollen, klare Maaſse giebt.*

*So iſt* Titius *wegen derer im väterlichen Teſtamente ihm* prae-*legirten* 300 *Rthlr. nur ſo viel, als ein gleichmäſsiges* quantum *derer zur Zeit des errichteten letzten Willens gangbar geweſenen Königl. Pohlniſchen und Churfurſtl. Sächſ.* $\frac{1}{3}$ *Stücke in* conuentions-*mäſsigen Geld-Sorten beträgt, zu fordern berechtiget, auch in anderen Fällen, wo nicht aus denen Worten des Teſtaments das Gegentheil zu erweiſen, es anders nicht zu halten. V. R. W.*

Sufficiant haec in praeſenti, ad alia enim nos euocat Vir generoſiſſimus, cuius cauſa haec praelibauimus,

HANS FRIDERICVS FERDINANDVS
DE BODENHAVSEN

ipſo vitae ſuae decurſu commendabilis, quem his verbis nobis exhibuit:

Non procul Viteberga, ſedes eſt equeſtris, cui vocabulum Burgkemnitz, ibi anno huius ſaeculi LXVIII. natus, patre HANS FRIDRICO SIEGMVNDO de BODENHAVSEN, matre CHRISTIANA ELEONORA e gente de BOELZIG oriunda. Hi quidem optimi parentes, quorum in me tot et tanta beneficia exſtant,

ſtant, quae verbis nullo modo ſatis a me celebrari poſſint, omnem educationis curam atque fidem poſuerunt in eo, vt virtutibus et exemplo me excitarent, nihilque praetermitterent, quo ingenium, ſtudiis animo generoſo dignis, imbueretur. Quare factum eſt, vt prima litterarum rudimenta mature domi primum, idoneis magiſtris adhibitis, depoſuerim, inter quos magni praeſertim facio M. ZIEGERVM et SCHMIDTIVM, quorum alter in patrio loco, alter vero prope Dresdam in vico Illuſtriſſimi Comitis de ZINZENDORF, cui nomen eſt CONSTAPPEL, inſigni cum laude ſacris curandis praeeſt. Horum, et BERNHARDI cuiusdam praeclara diſciplina morumque dexteritas mirifice mihi profuit. Quum vero iam in eo eſſem, vt aditum in Academiam Vitebergenſem cum fratre dilectiſſimo meditarer, mater mihi morte erepta eſt, cuius deceſſum eo magis lugeo, quo ſemper eam cariorem habui; ſed matertera de SCHOENFELD, militum centurioni exercitus Saxonici quondam nupta, me amore plane materno amplexa, ſibi devinctiſſimum reddidit. Ciuibus academicis anno LXXXVI. Rectore MEERHEIMIO adſcriptus ſum, comitemque ſtudiorum morumque regundorum, pater, cui longiſſimam ac feliciſſimam

mam vitam apprecor, mihi iterum adiunxerat SCHMIDTIVM, iam ſupra laudatum, ex itinere per magnam Germaniae partem ac Heluetiam reducem, et poſt eius abitum OETTELIVM, cuius eximia in me merita, amicitiam humanitatemque, gratus agnoſco et laudo. Hinc omnem nauaui operam, quo addiſcerem, quae neceſſaria aeque ac vtilia viderentur. Adii ergo REINHARDVM et EBERTVM in Philoſophia. Latinos auctores interpretanti operam dedi HENRICO, quem etiam in antiquitate rei Romanae cognoſcenda ducem ſecutus ſum. Hiſtoriam orbis vniuerſi, Imperii Romano Germanici, Regnorum ac Rerumpublicarum Europae denique et Saxonicam a SCHROECKHIO accepi. Praelectionibus interfui Mathematicis EBERTI; Phyſicis TITII. Iurisprudentiae initia ſecundum Inſtitutiones HOMMELIO, ſecundum Digeſtorum libros, WIESANDO debeo. Anno LXXXIX. Lipſiam me contuli, ſcriptus in catalogis ciuium a PLATNERO, eo tempore faſces Academiae tenente. Quo facto SAMMETVM Ius Naturae proponentem audiui. Pandectas et Ius Publicum Germaniae a BINERO, Ius Saxonicum a STOCKMANNO, et Ius Beneficiarium a RAVIO percepi. SCHOTTO Ius Germanicum, Criminale, Canonicum et Proceſſum cauſarum in foro agendarum ex-

plicanti, aſſedi, cuius fauore magnopere delector. EINERTVS denique in eadem formula iudiciaria praeiuit, artemque relatoriam me docuit. Quorum omnium beneuolentiam amicitiamque erga me pia mente celebro, ſancteque ſpondeo, nullam obliuionem, ex animo grato, hanc memoriam ſuauem eſſe erepturam. Neque ſilentio praeterire poſſum, ſed potius lubentiſſime fateor, me WVINDSCHII, cauſas in foro orantis, ſcholis priuatiſſimis debere permulta. Inter alia, quae mihi contigerunt, hoc inprimis, me in Capitulo Merſeburgenſi, inter Canonicos minores, eſſe primum, memoratu dignum putaui.

Hunc igitur, poſtquam ad nos, examinis, quod pro Cadidatura iuris audit, ſubeundi gratia venerat, cognouimus Virum compoſitum, a ſobrietate, modeſtia, probitate ac facilitate commendabilem, et praeterea eum, qui in literis, inprimis iurisprudentia Eccleſiaſtica, Ciuili, Clientelarique addiſcenda, diligenter et aſſidue verſatus fuerit, quam aſſiduitatis ac diligentiae laudem omnes ac ſinguli Anteceſſores, quorum doctrina Vitebergae, et inter noſtrates profecit,

fecit, teſtantur. Quam ob rem non ſolum non dubitauimus Iuris Baccalaureatus dignitate, quam appetebat, eum bene merentem ornare, ſed eundem etiam, ſi quam eius partem aliquando capeſſere libuerit, Reipublicae ciuem induſtrium, inprimis Capitulo Merſeburgenſi, cum eoque nobismet ipſis, confratrem ſtudioſiſſimum, Illuſtri tandem Generoſiſſimoque Parenti filium gratulamur, gentis ſuae, inter primas Saxoniae merito collocandae, ſplendorem ſtrenue tuiturum. Scribeb. Domin. II. Advent. A. C. cIↃDCCXCI.

---

LIPSIAE,
EX OFFICINA SAALBACHIANA.




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660088-p0019-4

Za 2837 ak
1018

QK 286. v. Bodenhausen
Za 2837
10
X 2937535

# ORDINARIVS
## SENIOR ET RELIQUI DOCTORES
## FACVLTATIS IVRIDICAE
## LIPSIENSIS
LAVDABILITER SVPERATVM

# EXAMEN
VIRI GENEROSISSIMI

# HANS FRIDERICI FERDIN. DE BODENHAVSEN

PVBLICE TESTANTVR

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

---

INSVNT

RESPONSORVM IVRIS I. II. ET IIITIVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-660088-p0021-1